

NOS

Iuez Apostolico Subdelegado Executor que somos en virtud de vna Bula y letras Apostolicas de su Santidad, concedidas al Dean y Cabildo de la santa Iglesia Metropolitana de la Ciudad de Burgos, en razon de las dezimas llamadas expensas necessarias que el dicho Cabildo ha de auer de los frutos y rentas de las dignidades de la dicha santa Iglesia y beneficios y prestamos desta Diocesis de Burgos, con que fuymos requerido por parte de los dichos Dean y Cabildo, e por nos fueron obedecidas y aceptadas, las quales estan escritas en pergamino, y en lengua Latina, con sello pendiente, cuyo tenor es el que se sigue.

REVERENDO in Christo patri ac domino domino Dei & Apostolice Sedis gratia Burgen. Episcopo, cuiusque in spiritualibus & temporalibus Vicario & Officiali generali, ac omnibus alijs & singulis quorum interest, vel intererit quoisque infrascriptum tangit negotium seu tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscumque nominibus censeantur, aut quacunque prefulgeant dignitate communiter vel diuisim. Dominicus Abbas Monasterij sancti Petri de Cardena predictae diocesis Burgen. iudex commissarius executor unicus ad infrascripta à Sede Apostolica specialiter deputatus salutem in Domino, ex nostris, inde verius Apostolicis firmiter obdire mandatis, literas sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Martini divina providentia Papae Quinti eius vera Bulla plunbea in chordula canapis impendenti more Romane Curie bullatas, sanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni proflus vicio & suspicione carentes, ut prima facie per easdem apparebat, nobis per honorabilem & discretum virum dominum Ibonem Mauri Canonicum Burgen. Legum Doctorum Archidiaconum de Lara in eadem Ecclesia Burgen. Syndicum procuratorem ad hoc legitimè constitutum, & sufficiens babens mandatum venerabilium virorum dominorum Decani & Capituli predictae Ecclesiae Burgen. in dictis literis Apostolicis principaliter nominatorum, coram Notario publico & testibus infrascriptis presentatas: Nos cum ea, qua decuit, reuerentia noueritis recepisse, tenorem qui sequitur continentis. **MARTINVS.** Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis, sancti Petri de Cardena, & sancti Petri de Arlança, ac sancti Christophori de Ibeas Burgen. diocesis Monasteriorum Abbatibus salutem & Apostolicam benedictionem. In iunctum nobis desuper quo uniuersis orbus astringimur Ecclesijs Apostolicae seruitutis officium sedula perurget instantia illarum, & in eis diuinis deditarum Iudibus personarum profectibus intendere, & ut ipsarum feliciter dirigatur & prosperetur status quantum in nobis fuerit opportunè prouidere. Cum itaq; sicut exhibita nobis pro parte charissimi in Christo filii nostri Ioannis Castellæ & Legionis Regis illustris, ac dilectorum filiorum Capituli Ecclesia Burgen. petitio continebat ipsi Capitulum pro conseruatione & reparacione possessionum ad mensam Capitularem dictæ Ecclesie spectantium, & alias eis imminentibus supportandis oneribus de fructibus, redditibus, & prouentibus Canonicatum & Præbendarum, ac Dignitatibus, personatum, officiorum, aliorumque beneficiorum Ecclesie predictæ, necnon præstimoniorum & præstomialium portionum ciuitatis & diocesis Burgen. annis singulis, quibus ea obtinentes, siue ius in illis habentes in dicta Ecclesia residentia per sex menses non fecerint personalem nonnulla prouentus & emolumenta, que decime & expensa necessaria nuncupantur, percipere consueuerint etiam à tempore cuius contrarij memorianon existit, & propter huiusmodi consuetudinem plerique in dicta Ecclesia beneficiati ad ipsam faciendam residentiam, & ad interessendum diuinis officijs feruentius amentur, & diuini cultus augmentetur ibidem pro parte Regis & Capituli predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut huiusmodi consuetudinem roboris Apostolici præsidio fulcire de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque, qui de præmissis certam notitiam non habemus, huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum si & postquam vocatis qui fuerint euocandi, de præmissis vobis legitimè constiterit, ipsam consuetudinem auctoritate Apostolica approbetis & confirmatis, ac etiam irrefragabiliter in anteab observandam fore eadem auctoritate decernatis: non permittentes huiusmodi Capitulum contra approbationem & confirmationem predictas, si illas feceritis super aliquibus ex prouentibus & emolumenis, que eis ratione consuetudinis huiusmodi cedere debeat vel quominus si illa percipere, necnon pro dictis conseruatione & reparacione conuertere possint à quoquam deinceps indebitè molestari, contradictores per censuram Ecclesie officiam appellazione postposita compescendo, non obstantibus si aliquibus communiter vel diuisim à Sede Apostolica suu indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari, aut ad iudicium euocari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Roma apud sanctos Apostolos octauo Kal. Februario, Pontificatus nostri anno duodecimo. **POST** quarum quidem literarum Apostolicarum presentationem & receptionem nobis, ut præmittitur, factas, fuimus per prefatum dominum Ibonem Mauri Procuratorem & Syndicum dictorum dominorum Decani & Capituli, de quibus in dictis literis Apostolicis fit mentio, cum instantia debita requisito quatenus ad executionem dictarum literarum Apostolicarum, & contentorum in eisdem procedere dignaremur, literasque nostras citatorias concedere per edictum in valuis dictæ Ecclesie Burgen. publicè affigendas: ut omnibus & quibuscumque, quos presens negotium tangit vel tangere poterit quomodolibet in futurum innotesceret, & pretendere ignorantiam non possent. Nos in vim & formam dictarum literarum Apostolicarum decreuimus & mandauimus

mus affigi dictas litteras per Edictum publicè in valuis dictæ Ecclesie Burgensis presentibus notario & testibus: in quibus quidem literis Edicti assignauimus pro verificatione dictæ consuetudinis, de qua in dictis literis Apostolicis fit mentio, certum peremptorium terminum tria canonica monitione præmissa omnibus & singulis quos præsens negotium tangit seu tangere poterit in futurum, infra quem terminum venirent ad videndum testes pro verificatione dictæ consuetudinis pro parte dictorum Decani & Capituli producendos iurare in forma iuris & scripturas & emolumenta pro eadem verificatione produci. Demum saecula nobis relatione & fide per notarium publicum qualiter dictæ litteræ edicti fuerunt affixa in valuis predictæ Ecclesie Burgensis, & permanserunt affixa donec & quo usque lapsus fuit terminus peremptorius per nos in dictis literis assignatus, ita quod publicè omnibus poterat imotescere: & lapso dicto termino ad nostram informationem dictæ consuetudinis testes fide dignos in forma iuris pro parte dictorum dominorum Decani & Capituli predictæ Ecclesie Burgensis productos & iuratos, & monumenta aliasque litteras cibenticas, prout prima facie apparebat, recipimus, & eorum depositiones publicari fecimus ad plenum, depositionesque & instrumenta, & scripturas predictæ examinavimus, quibus omnibus & singulis per nos diligenter visis & examinatis iuxta dictarum literarum Apostolicarum seriem & tenorem nostram diffinituam sententiam ferri decreuimus, quæ sequitur in hunc modum. CHRISTI nomine invocato, & Deum pre oculis habendo, & pro tribunali sedentes. Nos Dominicus Abbas Monasterij sancti Petri de Cardena Burgensis dicæsis iudex Commissarius in dicta causa à Sede Apostolica deputatus de Iurisperitum consilio per banc nostram diffinituam sententiam decernimus & declaramus fore plenè probatam consuetudinem dictæ Ecclesie Burgensis, qua obseruatum extitit videlicet, quod dicti Decanus & Capitulum pro reparatione & conseruatione possessionum ad mensam Capitularem dictæ Ecclesie spectantium, & alias eis imminentibus supportandi oneribus de fructibus, redditibus & prouentibus dignitatum, personatum, & officiorum, aliorumque beneficiorum Ecclesiæ predictæ, necnon præstimoniorum & præstitionalium portionum ciuitatis & dicæsis Burgensis, qui annis singulis ea obtinentes, siue ius in illis habentes in dicta Ecclesia per sex menses residentiam non fecerint personalem nonnulla prouentus & emolumenta, que decima & expensæ necessarie nuncupantur, percipere consueverint, etiam a tempore cuius contrarij memoria non existit. Idcirco dictam consuetudinem, ut præmissum est, plenè probatam confirmandam & approbandam fore pronunciamus & declaramus, & illam eadem auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, approbamus & confirmamus, ac eam irrefragabiliter obseruandam fore decernimus & iubemus, impontentes silentium perpetuum a cetero omnibus & singulis inquietatoribus, molestatoribus, vexatoribus, seu perturbatoribus quibuscumque, ne contra dictam consuetudinem per nos, ut præmittitur, approbatam, & confirmatam quicquam agere seu attentare quoquomodo præsumant, quam iniurialiter obseruandam decernimus cunctis temporibus affuturis: in cuius rei fidem & testimonium ad perpetuam rei memoriam banc nostram pronunciationem & declarationem præsentibus annotata signo subscripti notarij & nostri nomine oppositione, ac nostri sigilli appensione fecimus communiri. Ceterum volentes exequi dictas litteras Apostolicas, & nostram sententiam diffinituam in vim dictarum literarum Apostolicarum, & processus iam dicti per nos habiti, prout tenemur, ipsosque dominos Decanum & Capitulum & Procuratorem eorundem in corporalem, actualem, realemque possessionem vel quasi dicti iuris consuetudinarij percipiendi dictas decimas, que expensæ necessarie appellantur, iam per nos approbati in quantum possumus per predictarum literarum Apostolicarum traditionem declaramus inductos, & per præsentium tenorem inducimus, & omnia & singula in eis contenta vobis omnibus & singulis supradictis, ac alijs quibuscumque, præfertim quorum interest, vel intererit quomodolibet in futurum insinuamus & notificamus, & ad vestram & cuiuslibet vestrum deducimus notitiam, & deduci volumus per præsentes. Quocirca vos omnes & singulos supradictos communiter & diuīsim tenore præsentium requirimus & monemus primo, secundo, tertio & peremptorio, vobisque nibilominus, & vestrum cui libet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infra scriptis sententiæ pœnis districtè præcipiendo mandamus quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem, seu notificationem præsentium vobis vel alteri vestrum factam, & postquam pro parte dictorum dominorum Decani & Capituli vigore præsentium fueritis requisiti immediate sequentium, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secondo, & reliquos duos dies vobis univeris & singulis supradictis pro tertio & peremptorio termino ac monitione canonica assignamus præfatos Decanum & Capitulum, & Procuratorem suum ad hoc legitimè constitutum eorum nomine ad corporalem, realem & actualem possessionem vel quasi iuris percipiendi prætextu supradictæ consuetudinis per nos approbatæ pro conseruatione & reparatione possessionum ad mensam Capitularem dictæ Ecclesie spectantium, & alias eis imminentibus oneribus de fructibus, redditibus, & prouentibus dignitatuum, personatum, officiorum, aliorumque beneficiorum Ecclesiæ Burgensis predictæ, necnon præstimoniorum, & præstitionalium portionum ciuitatis & dicæsis Burgensis annis singulis quibus ea obtinentes, siue ius in illis habentes in dicta Ecclesia residentiam per sex menses non fecerint personalem nonnulla prouentus & emolumenta, que decima & expensæ necessarie nuncupantur in vacuam, liberam, & expeditam sine contradictione & rebellione quibuslibet recipiatis, & admittatis & inducatis, & inductos defendatis, & ab alijs quantum in vobis fuerit, recipi, admitti, & induci faciatis, ac inductos defendi, dictisque dominis Decano & Capitulo, vel eorum Pro-

Procuratori pro eis de dictis decimis, que expensa necessarie appellantur, respondeatis. Et faciatis ab alijs plenarii & integrè responderi. Quod si forte premissa omnia & singula, prout per nos superius mandatur, non adimpleueritis cum effectu, ac monitionibus nostris huiusmodi, imò verius Apostoliois, non parueritis realiter cum effectu, nos in vos omnes & singulos supradictos, qui in premissis delinqueritis, aut quicquam in praetudicitum dictorum dominorum Decani & Capituli & eorum Procuratoris pro eis vel dicti turis percipiendi dictas decimas, que expensa necessarie nuncupantur, disposueritis quominus omnia & singula supradicta sum debitum sortiantur effectum in aliquo impeaueritis, aut impedientibus ipsis dederitis auxilium, consilium, vel favorem publicè vel occultè, directè vel indirectè, quisquis que sit colore, necnon quolibet contradictores in hac parte & rebelles cuiuscunq; status, gradus, ordinis, conditionis existant, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc dicta canonica monitione premissa singulariter in singulos excommunicationis, & in Capitulum suspensionis a diuinis, & ipsam Ecclesiam interdicti sententias ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. Vobis vero domino Episcopo Burgensi, cui ob reuerentiam vestrae Pontificalis dignitatis deferimus in hac parte, si contra premissa vel premissorum aliquid feceritis per vos vel per submissam personam ex nunc prout ex tunc dictorum sex dierum canonica monitione premissa interdicimus in his scriptis. Si vero huiusmodi interdictum per alios sex dies dictos sex immediate sequentes sustinueritis in his scriptis dicta canonica monitione premissa suspedimus a diuinis. Verus prefatas interdicti & suspensionis sententias per alios sex dies dictos duodecim immediate sequetes animo, quod absit, sustinueritis indurato vos ex nunc prout ex tunc dictorum sex dierum canonica monitione premissa in his scriptis excommunicationis sententiam invadimus. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum presentes literas inde fieri, & per notarium publicum infra scriptum subscribi & publicari mandauimus, nostrique sigilli fecimus appensione muniri. Datum & actum in Claustro novo predictæ Ecclesie Burgensis tertiadecima die mensis Septembri, anno à Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo nono, in dictione septima Pontificatus prefati domini nostri domini Martini Papæ Quinti anno duodecimo. Presentibus ibidem venerabilibus & discretis viris dominis Ioanne Ferdinandi de Aguilar Notario Apostolico, & Petro Gundisalui de Huermeces, ac Alphonso Martini Capellanis numeri predictæ Ecclesie Burgensis, ac etiam Sanctio Garsia de la Prada Capellano etiam in predicta Ecclesia Burgensi, necnon Roderico Sanctij Clerico Beneficiato in Ecclesia sanctæ Mariae la Blanca predictæ Civitatis Burgensis, & Petro Martini, & Ioanne Sanctij Sacrista Monachis in predicto Monasterio sancti Petri de Cardena testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis. D. Abbas sancti Petri de Cardena. Et ego Petrus Fernandi de Sandual publicus Apostolica auctoritate Notarius, qui predictæ sententiae pronuntiationi, ac omnibus alijs & singulis supradictis dum sit, ut premititur coram dicto domino Abate iudice executor agerentur & fuerent una cum prenominitis testibus presens interfui, & omnia sive fieri vidi, & audiui, & exinde de mandato dicti domini executoris, & ad petitionem & requisitionem dicti Procuratoris predicatorum dominorum Decani & Capituli predictæ Ecclesie Burgensis, & eorum nomine hoc presens publicum instrumentum, predictam sententiam, & alia quæ sequuntur in se continens, me alijs occupato negotijs per alium in hanc publicam formam fideliter scribi feci, & signo meo confuso una cum appensione sigilli, & nominis roboratione dicti domini Executoris signavi rogatus & requitus in fidem & testimonium premissorum.

A vos los Clerigos, Caras y Beneficiados, terceros, dezmeros, y mayordomos de granos de las Iglesias de los lugares de Arroyal, Celadilla de Sotobrín, las Rebolledas, Sanctiuañez de Zarzaguda, Tajadura, y san Pedro de Tajadura, Pedroso de Rio de Vrbel, Lodoso, las Celadas, Ruyales del Paramo, Fiebro de Nidaulla, Maffaycedo, Xaramillo de la Fuente, Cernuebla, Robredo de Temiño, Caboredondo, Tinieblas, Cascajares, san Pedro de la Hoz, Quintana Vrria, Castil de Peones, Quintana en Vides, Mirabeche, Calçada, Altable, san Millan de Yecora, Zuñeda, Penilla de los Moros, los Barrios de Villadiego, la Sesma de Pancorbo, y la Sesma de san Vicente, de Frias, la Sesma de Braña, de Miranda, y las demás de Pancorbo, Ameyugo, Moriana, Encio y Ventosa, Tormatos, Tosantos, Villambistia, Espinosa del Camino, Bilomez, Ybeas, Villalual, Cardenuela, Villacienço, Huerta de Sufo, y Huerta de Yuío, Villagimeno, Quintanal, Monterubio, Tolbanos de Sufo, Tolbanos de Yuso, Castrovidrio, Briongos, Castrillo de Solarana, Santiago de Tajada, Cebrecos, Bercelamio, Rabe de los Hidalgos, Pineda de Trasmonte, Santibañez de Valde Egueua, Tortoles, mitad de Villayz, Olmillos del Camino, Olmillo junto á Saíamon, Villanueva de Odra, Iglesias, Piniella de Arlança, Castellanos, Valles por la ermita de nuestra Señora de Enar, Santiago de Valuas, Castrillo, de Muza, la Nuez de Rio de Vrbel, Redecilla del Campo, el prestamo del Campo, que es en Melgar, Zorita, Grimalda, Cuevas de Amaya, Manciles, y Bobadilla de Villamar, Castrillo de Iudios, Palaquelos de Sopampliega, las Celadas, mitad de Arenillas de Rio-Pisuerga, Puente Ytero, Ortiguela, Bobada, Quintanilla de las Dueñas, Cauiguela, Quintanilla de Balde, Orbaneja, Cardenagimeno, Hormiguera, Mata, Porquera, Candenes, las quattro Raciones de Castro de Vrdiales de los Clerigos, è otras quattro Raciones de Castro de Vrdiales, Santa Maria de Guarnizo, del Monasterio de santa Catalina de Montecorban, deste Arçobispado de Burgos, è de otras qualesquier Iglesias, è lugares del dicho Arçobispado donde ay prestamos, y beneficios simples

simples, que deuan las dichas decimas, è à quien este nuestro mandamiento fuere notificado, cuyos nombres y cognombrés aueamos aquí por especificados, siendo en el cumplimiento nombrados, è à cada uno de vos por la presente vos exhortamos, amonestamos requerimos, y mandamos en virtud de santa obediencia, y sopena de excomunión, que dende en adelante que esta nuestra carta y mandamiento vos sea notificado cada uno de vos por lo que os toca tengays secrestados y embargados en vuestro poder los frutos de los diezmos y rentas pertenecientes à las dignidades, prestamos y beneficios simples de los dichos lugares è Iglesias dellos y de cada uno dellos, y no acudays con ellos à sus dueños ni à otra persona alguna, hasta tanto, que los dichos Deán y Cabildo de la dicha santa Iglesia de Burgos, y

en nombre del dicho Dean y Cabildo sean paga-

dos y contentos de las dichas dezimas llamadas expensas necessarias ansí de lo que se deue de los años passados, como lo que se deue de los frutos deste presente año, ó hasta tanto que por nos otra cosa sea mandado en contrario; con apercibimiento que el que no lo cumpliere lo pagará otra vez de sus bienes, y procederemos contra los que fueren rebeldes à los declarar por publicos excomulgados, y à todo lo demas que de derecho con justicia deuamos, è quedando el dicho embargo en su fuerça y vigor, ansí por los frutos que se deuen de los años passados, como deste presente. Si de lo susodicho alguno se sintiere agraviado parezca ante nos dentro de doze dias, que les damos y assignamos por tres terminos y canonicas moniciones, que los oyremos, y guardaremos su justicia: con apercibimiento, que haciendo lo contrario procederemos contra los rebeldes, segun dicho es. Y sopena de excomunión mandamos à qualquier Clerigo, Escriuano, ó Notario para ello requerido notifíque y cumpla esta nuestra carta, è nos haga la relacón como haga fe. Dada en